

## CODEX 10.

*Foliorum 49. 376 : 264 mm.. exaratus saeculo XV.—XVII. nigris rubrisque litteris varius.*

*Necrologium sanctimonialium Engelbergensium, cuius pars prior (fol. 1—24.) est necrologium proprie dictum; pars posterior (fol. 25—49.) liber anniversariorum.*

*Hoc mortuarium circa annum 1451. inchoatum una cum necrologio R. de Schönenwert (Cod. 26.) carptim edidit Baumann. Necrologia Germaniae. Berolini 1888. I. 365 sqq.*

## CODEX 11.

*Foliorum 47. 372 : 292 mm.. scriptus per D. Caspar Gros, tunc temporis plebanum in monasterio montis angelorum . . . anno 1491. bene rubricatus.*

*Necrologium parochiae Engelbergensis.*

*Necrologio etiam inserta sunt nomina monachorum et monialium huius loci. nec non anniversaria saeculis XVI. et XVII. fundata.*

## CODEX 12. olim signatus 1/12.

*Foliorum 155. 408 : 295 mm.. columnis binis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abate, quod docent versus leonini in fronte codicis:*

Psalmorum lumen noscas hoc esse volumen.

Instituit id fieri Frowi(n) pro lumine veri.

*Codex decoratus est litteris initialibus cum figuris optime delineatis. quas — litteris primaevis erasis — artifex manus saec. XII. exeuntis adiecit.*

*Augustinus S. Aurelius. Enarrationes in psalmos. Tomus II. in quo psalmi a quinquagesimo primo usque ad centesimum exponuntur.*

*P. L. 36. 599 -1293.*